

bat mutuas pecunias accipere, l. si pignore 22. §. si creditor, illic. Nam vsu hoc euenit, ff. de pignoratitia actione, l. quod si nolit 31. §. quia assidua, ff. de adil. edicto, l. heredes palam 21. §. 1. in fine, illic. Vel ex consuetudine patriam, vel regionis, ff. de testam. l. si seruus plurimus 50. alias 53. §. ult. illic. Ante omnia ipsius patriam, consuetudo, deinde regionis, in qua versatus est, exquirenda est, ff. de legat. 1. l. si cui ades 31. in fin. illic. Atque ita his vsus fuerit, ff. de legat. 3. l. damnas 15. §. 1. ad fin. illic. *Vi haec forma in agris seruetur, que viuo testatore obtinuerit, l. fundi Abutiari, al. Trebariani 38. illic. Quam viuo patrefam, ex locacione fundi redigere consueuerat, ff. de vsu, & vsufr. leg. l. dominus stricho 23. §. testamento, illic. Cui ex consuetudine domus esset, inuito vers. Respon. dis. ff. de pecul. leg. l. penultima, illic. Ante omnia inspicendum est, que defunctus solitus fuerat ei prestare, ff. de aliment. & cibar. legat. l. si prius 17. §. 1. verl. Illa autem ff. de aqua, & aqua pluuia arcende, l. semper in stipulationib. 34. ff. de reg. iur. cum similibus, ex quibus vltra interpretes vbiq; & alios adnotarunt Bartolus, in reper. l. de quibus 31. n. 6. ff. de legib. Nicol. Euerardus in locis legalibus loco 104. ab vsitato, seu solitis, num. 8. verl. Atque etiam est, quod contractus, & num. 16. D. Couarr. variat. resolut. lib. 1. cap. 19. num. 9. ad medium, verl. Deinde ambigua dispositio, Menoch. de arbit. lib. 2. casu 199. num. 11. Cardin. Franc. Mantica de tactis, & ambiguis conuentionib. lib. 3. tit. 9. per totum, maxime a num. 10. Felician. de censibus lib. 3. cap. 1. num. 4. §. inter has vero, verl. Quod vero, Aluarus Valascus consultat. 146. num. 14. & 20. Galpar Rodericus de annuis redit. lib. 1. §. 15. num. 52. ad medium, Petrus Barbola in l. fructus 7. num. 30. circa med. verl. Neque contrarium probat, ff. soluto matrimonio. D. Illephonus Perez de Lara de annuatim. lib. 1. cap. 2. num. 23. atque ita ex consuetudine vendendi ad creditam optima sumetur coniectura, & interpretatio, quod in dubio ex simpliciter traditione rei vendite, censetur de pretio fides haberi. Nam & ex eadem ratione, & si procurator, \* ad vendendam pro certo pretio rem aliquam specialiter constitutus, regulariter non possit habere fidem de pretio, argumento Textus in l. 3. §. fin. cum duabus legibus sequentibus ff. mandati, iuncta Glossa vltima, & Bart. distinctione, num. 2. verl. In speciali, communiter recepta secundum Alex. num. 7. & Iason, n. 4. 6. & 7. ibi, quicquid ab ea recedat Angel. conf. 387. num. 3. & conf. 388. per totum, cui accedere magis videtur Cardin. Dominic. Tufchus practicar. conclus. tom. 5. lit. M. conclus. 39. num. 25. & tom. 8. lit. P. conclus. 67. num. 3. 4. & 5. est enim Bart. distinctio, & explicatio longe vetior, & receptior, vt resolut Cardin. Francisc. Mantica de contractibus lib. 4. titulo 21. num. 3. prosequitur late Hermosilla ad Gregor. Lop. in l. 28. tit. 5. part. 5. gloss. 7. ex num. 18. nihilominus ea traditio limitatur, \* si domini procuratorem constituitis, aut regionis, vel loci consuetudo sit, ad creditum vendendi, tunc enim procurator, etiam ad rem certam sub certo ac designato pretio vendendam specialiter constitutus, poterit eodem modo vendere, ac dominum transferet in emptorem, vt post Raphael. Cumanum in d. §. sed si emptor, notat Alex. ibidem, d. num. 7. post medium, verl. Tamen fallit, sequitur Cardin. Domin. Tufchus dicto tom. 8. littera P. conclus. 67. n. 7.*

64 Sed & si vice versa dominus, rem suam vendens, solitus antea fuisse fidem nullam de pretio habere, sed representata pecunia dumtaxat vendere, sine (vt aiunt) fide Graeca, vt apud Plautum in Asinaria, actu 1. Scena 3.  
Diam, Aquam, Solem, Lunam, Noctem, hac argento non emo.

Cetera, quae volumus citi, Graeca mercantur fide.

Et alios, in proposito relatos a D. Couarr. in capis, quamm pactum, 1. part. 5. 7. num. anbi 8. si tamen ab ea consuetudine recesserit aliquot continuatis vicibus, puta duabus, vel tribus, proxime praecedentibus, quibus de pretio fidem habuit, sola impliciti cautione, seu promissione emptorum contentus, tentari quidem possit, quod quamuis in venditione subsecuta simpliciter emptori rem tradiderit, videatur ei considerare, quod pretium soluet, atque ita tradite rei dominium in ipsum transferre censetur, ob contrarium animum, qui ex antea contractus consuetudinis detractione ita continuata colligitur, argumento Textus \* in l. naturalem §. pavonum, verl. In his autem, in 65 sine, illic. Reuertendi autem animum videtur desinere habere, cum reuertendi consuetudinem deseruerit, ff. de acquir. rerum dominio, & in §. pavonum, sub eodem, verl. iuncta explanatione Theophili, in fin. de verum diuisione.

Ceterum re maturius considerata, contrarium longè verius putamus, quia in dubio quilibet actus ita interpretandus est, vt minus fit faciendi praedictialis, argumento Textus in l. quaro 54. alias 56. §. inter locatorem, verl. Tamen verisimile, ff. locati, in l. cum de indebito 25. verl. Qui enim ff. de probat. in l. non vtiq; 9. ff. de except. & in l. 1. cum seqq. ff. de solutionibus, notat Franc. in l. gerit 87. num. 12. verl. Sed si ille actus, ff. de acquirend. hered. Alex. conf. 185. num. 2. lib. 6. Philipp. Corn. conf. 308. num. 5. verl. Nec actum, & circa medium, verl. Et idcirco, lib. 7. Tiraquel. de retractu consanguinit. §. 3. gloss. 1. numero 32. circa finem, Stephanus Gratianus disceptat. forens. tom. 2. cap. 224. num. 88. D. Ioannes Baptista Valencuela conf. 33. num. 101. & 102. vltra alios supra a nobis in simili relatos num. 34. & 35. & vt prudentibus reprehendi nequeat, argumento Textus in l. ex facto 23. in princ. ff. de vulgari, & in l. Saluati Arist. 6. verl. Sepe animaduerti, ff. de legat. praefat. tradit Socinus senior conf. 27. num. 8. vol. 4. & iunior conf. 1. num. 128. vol. 1. Aymon Craeeta conf. 1. num. 23. verl. Sed debet interpretari, & consil. 5. num. 14. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 159. num. 8. & conferunt similes coniectura pro vtilitate actus, ab eodem tradite ibidem, n. 13. 14. 15. & 16. & de praesumptionibus, lib. 6. praesump. 9. num. 5. & D. Ludovic. Molina de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 2. num. 15. D. Ioan. del Castillo quotidian. controuer. tom. 2. cap. 7. ex num. 18. & tom. 5. cap. 98. num. 11 & tom. 6. cap. 113. per totum: effect autem \* nimis praedictialis, & reprehensibilis traditionis actus, vendente factus, si ex eo induceretur animus recedendi a praecedenti consuetudine vendendi, etiam post posteriores aliquos actus interrupta, cum dominus sit in emptorem translato, quasi fide de pretio habita, praefertur venditor in re propria pro pretio ex a sibi debito, ab anterioribus emptoris creditoribus, \* sepe dictum est, & fidem \* de pretio habere, actus est apud prudentes reprehensibilis, qui oculatas consulant quemquam habere manus, nec quicquam alii credere, quam quod videat, iuxta celeberr. Plauti b. cum in Asinaria, actu 1. Scena 3. his verbis.

Cum a pistore panem petimus, vinum ex anoplio,  
Si as habent, dant mercem, eadem nos disciplina vrimur.  
Semper oculata nostra sum manus, credant quod vident.  
Et in Psendolo, actu 1. Scena 3.  
Eme die caeca erit oltum, id venditio oculis die.

Vbi eadem diem vocat futura, qua pretium scilicet 69 preciat

DISSERTATIO XXXI.

De vendente censum super re sua immobili, an rem ipsam vendere censetur?  
ad l. 3. tit. 15. lib. 5. noua complat.

S V M M A R I A.

- 1 Em ne censum super re aliqua immobili, vel acqui. pollem: impostum, rem ipsam emere non censetur, quicquid plures contrarium affirmauerint.
- 2 Contraria sententia auctores volunt, in censuali contractu istam quandam venditionem celebrari re ipsius, super qua censu constituitur, vel saltem parui correspondentis pensioni, iuncta alius sectionibus sic relatis.
- 3 Alij in censu vendito, & super certa impostio, admittunt rei subiuga a venditionem, absque ulla tamen fictio breuis manus, nec omnino, sed quoad partem predij subingati correspondentem (inspecto eius valore) quantitati sortis principalis.
- 4 Vendens censum super re aliqua, dumtaxat vendit ius exigendi ex ea redditum annuum, sine pensionem correspondentem pretio ab emptore dato, & valori fructuum rei subiugatae, ex veriore, ac receptiore sententia, vt ex hic relatis consta, & num. seq.
- 5 Bartholomaeus Carranza, vir aliqui vigilantissimus, eo nomine merito taxatur a Nauarro, quod per incogitantiam sibi contrarius dixerit, censum venditorem debere designare, & exprimere rem aliquam, quam vendat, & alius emat.
- 6 Iura plura inducuntur pro communi sententia, quod censum super re imponens, ac vendens, rem ipsam vendere minime censetur.
- 7 Fictio ab homine absque legis auctoritate induci non potest, idque optime probatur, & exornatur, cum n. seq.
- 8 Glossa verbo quibuscumque, in §. sed haec sollemnia, in fin. de verb. obligat. inducitur, & pluribus DD. eam commendantibus exornatur.
- 9 Fictio, quod res censu subiugata, aut aliqua eius pars vendita censetur, repugnat contrahentium voluntati, & declarata intentioni, & quare?
- 10 Actus ultra intentionem agentium operari non debet, imò illa potius inspicenda est, quam verba ipsa.
- 11 Fictio aduersus contrahentium intentionem nec ab ipsa lege induci potest, quia repugnat aequitati, qua fictio nisi debet.
- 12 Fictio absque necessitate induci nequit, quia est remedium extraordinarium, & subsidiarium, ad quod non alius recurratur, quam ubi alius secundum veritatem sustineri non potest.
- 13 Fictio, quod res censu supposita vendant, necessaria non est ad valorem, & iustitiam censuarij contractum, & quare? num. 19.
- 14 Insufficientis non parum simile est iuri exigendi, ac percipiendi pensionem annuam, ex re censu supposita.
- 15 Insufficientis ius in pecuniarius etiam pensionibus, sicut

promittitur, oculatam vero presentem, qua statim numeratur, & similem locum Epicharmi, quem Cicerone refert epistola 1. ad Atticum, & in libello de petitione consulatus, vide sumpt Alciati, emblem. 16. ne credas, vel ipso teste parergon iur. lib. 4. cap. 8. ad fin. ac pulchrum Theognidis Poetae Graeci versiculum, sic Latine redditum.

Fiso re. per. r. dis. fiso salua remansit.

70 Nec praecedenti resolutioni quicquam iura superioris relata officiant, quae loquuntur in animantibus sui natura feris, ac postea manufactis, quae si post manufactacionem ire, ac redire quotidie ad dominium soleant, censentur in eo animo, & cogitatione peruenire, vt maneat manufacta, ac proinde in dominio, ita vt contra detinentem actio furti competat, l. Pomposius 8. §. 1. ff. famul. erec. 1. l. si pavonum 37. ff. de furt. quod si eam deseruerint conueniendum ad dominum revertendi, puta vltra tres dies in sua libertate manentes (vt recte explicat Theophil. in d. pavonum, quidquid aliter exponant Ioan. Fab. ibi, sub §. reuertendi Gregor. Lop. mox citandus) inde illorum animus eam libertatem conseruandi colligitur, vt plane relata iura probant, quibus apud nos consonat l. 23. verl. Mas luego, & ad in. verl. E non vsan de veni ac caca, vbi Gregor. gloss. vltima, tit. 28. part. 3. ac docuit Constantinus Harmenopolus in promptuario iuris ciuilib. lib. 2. tit. 1. de anima vitiis, verl. Pavonum quoque. Verum \* hinc non rectum sumitur argumentum ad hominem, non alias quam praesenti pecunia vendere solitum, & ab hac consuetudine per aliquos actus recedentem, vt contrarium animum in sequenti venditione, & traditione rei vendite ostendere videatur, quia in animantibus manufactis desuetudo illa ad dominum revertendi, reducta ea ad praestitam naturam feram, ad quam \* facilis fit transitus, ac regressus, l. si vnus 27. §. patris ne peccet, verl. Quod & in specie docet, ff. de patris, cap. ab exordio 75. distinct. cum traditis a Menoch. de praesump. lib. 2. praesump. 16. num. 21. & aliis congestis a Gabr. Aluarez ad axiomata iur. litte. R. num. 64. at in homine rem suam vendente, consuetudo potius illa numerato vendendi, est omnium hominum naturae, ne suas res facile iacent, vel amittant, l. cum de indebito 25. verl. Qui enim ff. de probat. & actui prudentiali conformis, vt probauimus, atque adeo eius consuetudinis interruptio per aliquos actus, non potest videri inducere contrarium animum, quia talis praesumptio contractij animi repugnat etiam communi hominum naturae, \* & desiderio, re suas illelas conseruandi, quapropter potius est vt iudicemus, in posterioribus illis actibus peculiariter fuisse rationem, amicitiae forsitan, vel similem, ob quam venditor a praefata recessit consuetudine, nec inde illatio sumenda est ad venditiones, cum aliis postea celebrata, argumento Textus l. 1. ad fin. ff. de constitutionib. Princip. & in cap. quod ob gratiam 61. de regul. iur. in 6. cum traditis supra differat. 7. numero 45.

74 Vt autem in viam è diuertitio iam redeamus, cum (seu liquet ex praemissis) initio proposito argumentum falsum sit, consequenter vis eius penitus euanescit, & argumentum a correlatinis, cuius ibi fit mentio, totum contrarium euincit, nimirum, vt quemadmodum venditor regulariter non habet pro pretio obligatam rem, quam vendidit, & tradidit fide habita de pretio, nec proinde in ea potior est anterioribus emptoris creditoribus, sic nec vice versa emptor, qui pretium dedit, nec rem accepit, eam pro pretio ipso a se tradito obligatam habeat, & consequenter in ipsa anterioribus venditoris creditoribus praefertur.



usuris pecunia, ac similibus obventionibus locum obinet, qua late fructuum nomine consistunt.

- 16 Id in re sua quilibet constituere, & vendere potest, imò & usufructuarium ius, quod penes se est, vendere valet de proprietarij licentia, vel solus pro tempore vita sua.
- 17 Iura, qua in materia usufructus, an per usufructuarium vendi possint, inuicem dissidere videntur, remissive ultra communem conciliantur.
- 18 Usufructus ius, semel legitime acquisitum, in dominio & patrimonio acquirentis est, adeoque venditioni obnoxium. § L. 3. in fin. ff. de usufr. pet. & l. semper 15. §. hoc interdictio, vers. (alias §.) ergo nonnunquam, ff. quod vi, aut clam, expenduntur, & remissive explicantur, ibidem.
- 19 Census, seu redditus annuus, à domino in re sua constituitur, ac vendi iure potest, & fictio quod res super qua imponitur vendatur, omnino est superuacua.
- 20 Fictio duplex ex eodem fonte circa idem proueniens, iure non admittitur.
- 21 Fictio venditio, & retrotraditio rei census supposita, medum superflua est, sed & ipsi consignati census natura omnino repugnant, eumque confundens vel cum locatione parit rei, correspondentis annua pensioni, vel cum censu reservatiuo.
- 22 Censu reservatiuo est, quo quis rem suam alij tradit, omne quod in ipsa ius, ac dominium habet, in eum transiens, sub reservatione certa pensionis, quotannis ex ea soluenda.
- 23 Censuali in contractu ius quoddam reale contrahitur quasi seruitutis rei census, subiugata, ut ex ea annua pensio creditoris praestetur, remissive.
- 24 Seruitute super aliquo fundo imposta, fundi dominium ad eum non pertinet, cui seruitus debetur, sed tantum ius seruitutis in illo.
- 25 Fictio, quam in constitutione census consignati subobscure supponit Palacius Rubens, in quo ex sententia Auctoris consistit?
- 26 Fictio illa impugnatur, & n. leg.
- 27 Censu consignati ex Romanorum Pontificum constitutionibus simul vendi, & constitui possunt super certa re immobili, vel acquipollens frugifera, ita ut opus non sit, eos prius constitui, quam vendantur.
- 28 Ignaty Lafare consideratio, quod in constitutione census consignati censatur vendita pars praedij subiugata, correspondens quantitati sortis principalis, rejellitur.
- 29 Lex 3. tit. 15. lib. 5. nouae compilat. magna hallucinatione, ac ius ipsius contradictione intelligitur ab Azenedo ibi, & quare? cum numero sequenti.
- 30 Doctoris ambiguae loquentis, aut sibi contrarij dictum curandum non est.
- 31 Lex illa 3. compilat. non magis feliciter à Feliciano intelligitur, nec melius à Ludou. Auendaño ipsam taxante.
- 32 Legis eiusdem interpretatio multò, verius deducta est à Gaspare Rodericio ex ipsius legis originali hic relato, cuius verba ita immutata sunt à compilatore, ut omnino diuersum sensum faciant.
- 33 Immutatio illa tam magna verborum, ex Auctoris sententia non fortuito, aut errore aliquo accidit, sed ab ipso compilatore consulto facta est, & quare? cum numero sequenti.

34 Legis illius nouae compilationis principalis de iur. & sententia expenditur.

APPENDIX TRIVM PRÆCEDENTIVM.

**T** s i maxime argumenti antecedens, de quo in præcedenti differat, late egimus, per omnia verum esset, non tamen recta foret consequentia, siue illatio, in calce eiusdem argumenti facta, emptorem censum pro pretio à se tradito venditori, rem censui suppositam, vel pecuniam inde redactam obligatam habere; quia qui emit censum super alia re impositum, minime rem ipsam censetur emere, licet contrarium affirmauerint Antonius Gomezius in l. 68. Tauri numero 2. versic. Ex quibus ego infero, Bartholomæus Albornoz de arte contractuum lib. 3. tit. 2. del censo al quitar, cap. de eius census origine, in exemplo, & resolutione huiusmodi contractus ad eius initium, Didacus Perez ad rub. tit. 2. lib. 8. ordinamenti, pag. 113. 3. versic. Sed quare an debeatur, illic. Quia est contractus vera venditionis, & realis, quippe cum res venditur, super qua fundatur, Petrus de Salazar de usu, & consuetudine, cap. 11. numero 72. versic. Et hinc resultat, & num. 91. ad medium, versic. Allegatur ergo, Ioannes Maticus ad l. 3. tit. 15. lib. 5. nouae compilationis, gloss. 1. per Text. ibi, vbi etiam docet Azenedus, numero 1. non tamen ea l. motus, imò illam certo modo intelligens, de quo post, asserentes in censuali contractu fictam quandam venditionem celebrari rei ipsius, super qua census constituitur, vel saltem partis, correspondentis pensioni, vt voluit Petrus Salazar, cuiusque traditionem factam emptori, ac rursus ipsius retrotraditionem ab eodem emptore factam census venditori, vel quasi ex causa locationis partis illius, vt existimant Salazar, vel quasi ex causa venditionis totius rei, inde sibi reservata pensione illa annua, per debitorem soluenda, vt ceteri voluerit, argumento Textus in l. singularia 15. ff. de rebus credit. cum similibus, differat, 35. apertius referentis, quod & ipsum voluit in effectu, licet non satis explicet Emanuel Mendez de Castro ad rubric. Codice de annuit. civilibus, numero 25. & 26. Sed & \* rei subiugatae venditionem alij admittunt absque vlla ( vt putant ) fictioe breuis manus, nec omnino quidem, sed quoad partem praedij subiugatae correspondentem ( eius valore inspecto ) quantitati sortis principalis, sic etenim docuit Ignatius Lafare de decima vendit. cap. 20. num. 20. & id magis probare videtur Scipio Rouritus ad pragmaticas Regni Neapolitani, pragmat. 5. de censib. n. 83. & 84. inuicem n. 77. & 78. Ab horum enim omnium sententia \* merito plures alij recesserunt, nullam rei, super qua census imponitur, venditionem fieri, sed tantum iuris exigendi ex ea redditum annuum, siue pensionem correspondentem pretio ab emptore dato, & valori fructuum rei subiugatae, longè verius existimantes, nempe Aymon Craueta conf. 217. n. 4. versic. 2. modo, lib. 2. Petrus Phollerius in praxi censuali, verb. huiusmodi censuali super rebus, n. 5. sub eodem versic. Guilielmus Rodoanus de rebus Ecclesie, cap. 17. de constit. annui redditus, n. 6. Hieronymus Gabr. conf. 141. n. 1. cum seq. vol. 2. Maurus Burgius de locutione p. 2. inspect. 20. n. 21. versic. Adco vt nullatenus, Didacus Castellus ad l. 74. Tauri gl. 1. n. 15. ad fin. versic. Dic quod licet, doctissimus Martinus Azpilcueta Nanarrus in commentario de usuris, ad cap. si fuerint 144. q. 3. notabili 22. n. 7. versic. Admonens ( vbi \* eo nomine coarguit Bartholomæum à Carranza, vt rum alioqui, vt & ipse ait vigilantissimum, quod per nonnullam incogitantiam dixerit, census venditorem debere designare, & exprimerem aliquam, quam vendat, & alius emat, quasi id reuera n. sententia, cum alibi contrarium docuerit, sed in ita loquendo, vt & accedere quandoque

quandoque bono Homero solet, dormitauerit ) D. Præles Couar. varar. resolut. lib. 3. cap. 7. num. 6. versic. Quod item diximus, & cap. 11. num. 5. versic. His profectò licentia ad dederim, Gregor. Lopez in leg. 28. gloss. 3. post principium, versic. Sed quid de contractibus, tit. 8. par. 5. Petrus Nunius ab Auendaño respo. fo 12. num. 1. cum sequentibus, maxime num. 3. versic. Ex supradictis, & versic. Non igitur, ac num. 5. & respo. fo 23. num. 3. versic. Item qui rem obligat, Michael Palacius in praxi Theologica de contractibus, & restitutione, lib. 4. c. 6. pag. mibi 304. ad fin. versic. Accedit eodem, Francisc. Garcia de contractibus 2. part. c. 3. Iacobus Menoch. de praesumptio lib. 3. praesumpt. 107. n. 3. 11. & 15. versic. Vel etiam, & consil. 997. num. 1. 2. & 3. lib. 10. Ioan. Parlador, lib. 1. rerum quotidianar. c. 3. §. 8. num. 4. Ioan. Gutier. conf. 47. num. 2. Lælius Zechius de usu, cap. 10. sub duodecima conditione, Petr. Ceuallus conf. 147. n. 29. vol. 2. Felician. de censibus lib. 1. cap. 4. num. 1. & 2. Galpar Roderic. de annis redditib. lib. 1. quest. 3. num. 6. Ludou. Auendaño & Ludou. Cencius in tract. de censibus, ille cap. 17. num. 3. & latius ex num. 9. hic verò part. 1. cap. 1. quest. 1. art. 1. num. 22. & 23. vbi innumeris congerit, & quest. 3. art. 2. num. 3. & quest. 4. art. 2. numero 17. & cap. 3. quest. 3. art. 1. num. 6. & rursus part. 2. cap. 1. quest. 1. art. 2. num. 8. Cæsar Mancus de iure contractuum libellary, pacto 4. num. 33. Mar. Giurba, de consil. 113. num. 4. Scipio Rouritus, sibi contrarius, ad pragmaticas Regni Neapolitani, pragmat. 5. de censibus, num. 66. Floridus Maulon. de causis excois. lib. 1. ampliat. 6. num. 82. ex quorum relatione hanc esse receptiorem sententiam constat, quae apertissime \* probatur in extraneantibus Martini V. & Calixti III. 1. & 2. de emptione, & vendit. in prima ibi. Super bonis suis, dominus, & c. vendidit annuos census, & in secunda, illic. Super eorum bonis, domibus, agris, & c. redditus, seu census vendentes, & in Bulla Nicolai V. de censibus, post principium, illic. Per venditiones annualium censuum, qua mortua nuncupantur, super domibus, possessionibus, & c. Et in versic. Nos igitur, illic. Huiusmodi censuali super rebus, & in motu proprio Pij V. de censibus ius nouum in hoc minime statuimus, sed antiquum declarantis, illic. Si aliquo puerere sobre si hanc iudicia aliquid censu, l. 1. ( quæ inde lapsa est ) sub istis verbis, l. 2. illic. Pusteren censos, o tributos sobre las casas, o heredades, tit. 15. lib. 5. nouae compilat.

Aduersus que omnia iura procul dubio nititur contraria sententia, fictionem in præfato casu inducens, adeoque illa admittenda non est, cum consistet fictionem ab homine absque legis auctoritate induci nullo modo posse, leg. quæsitum 34. ( alias incipit si tibi ) in fine, illic: Nec enim moribus nostris conuenit filium temporalem habere, ff. de adoptionibus, l. si forte 8. in fine, illic. Veritatem enim spectamus, an vera castrensium noxia, vel affectio fuit, non quod quis finxit, ff. de castrens. pecul. l. assumpcio 6. ff. ad municipalem, l. si ita quis 51. §. 1. ff. de leg. 3. l. si de commissum 76. ff. de cond. & demonstr. leg. Svarius Florus 48. §. Cornelio Felici, ff. de iure fisci, & voluit \* planè Accurs. in §. sed hæc solemnia, verbo quibuscumque, in ff. de verb. obligat. apertius Bart. num. 24. versic. Sed si homo ex se vellet fingere, in l. si is qui pro emptore 15. de usufr. committit receptus, vt constat ex Imola num. 11. versic. Fortè præst. dici, Ludouico Romano num. 6. 7. & 8. ( vbi glossam illam rectè explicat ) & Iafone, qui idem clarius præstitit, valde eandem glossam commendans n. 175. & 176. in d. l. si is, qui pro emptore, eodem Iaf. in l. si quis in fundi vocabulo 4. numer. 48.

& 54. ff. de legat. 1. in leg. 1. §. hoc autem, 1. lectura num. 6. & 2. lectura, num. 13. ff. ad S. Cod. Trebel. & in l. 1. §. eadem autem, num. 2. & 3. ff. de verb. obligat. quod & ipsum post alios velut receptissimum resoluunt, & ad varia expendunt Alexan. conf. 159. num. 4. lib. 2. & consil. 1. n. 5. lib. 5. Carol. Raim. conf. 52. num. 2. lib. 4. Aymon Craueta consil. 134. numero 3. part. 1. Marc. Ant. Natta conf. 429. num. 14. lib. 2. Ioan. Cephalus conf. 173. num. 24. vol. 3. Andr. Tiracquel. ad l. si nunquam, verbo reuertatur, num. 371. C. de reuoc. donat. Aluarns Valalc. consulatione 148. num. 8. Alciatus, & Menoch. de praesumpt. ille 1. part. num. 3. vbi additio alios congerit, hic verò lib. 1. q. 3. n. 184. Malcardus de probat. lib. 1. quest. 16. num. 9. versic. Postremo loco, Gaspar. Roderic. qui in terminis nostris loquitur d. lib. 1. de annis redditibus quest. 3. num. 6. post principium, Ludou. Cencius de censibus 2. part. 1. cap. 1. quest. 3. art. 9. num. 10. D. Ioan. Bapt. Valencuela consil. 22. numero 21. consil. 3. numero 77. & consil. 99. num. 6. t. Marius Giurba de consil. Sicilia 85. num. 4.

Accedit his, quod & relata fictio repugnat contrahentium voluntati, & declarata intentioni, quippe qui nolunt fundum censui tui possim, aut aliquam eius partem emere, vel vendere, sed tantum ius exigendi redditum annuum ex eodem fundo, vt diximus; vltra quam intentionem \* non debet actus operari, ex regula l. non omnis 19. ff. de rebus creditis, expendunt, & exornant plures relati à Simone Barbosa, & Gabri. Aluarez ad principia, & axiomata iuris, litt. A; illo num. 47. hoc verò num. 134. imò illa potius debet inspicere, quam verba, elegans Textus in l. si uno 17. ( quæ alias est §. legis ex conditio 15. ) ff. locati, & in leg. insulam 6. ff. de praescrip. verbis, cum similibus congeitis à Simone Barbosa, & Gabri. Aluarez, optime exornantibus, ad relata iuris principia, & axiomata, litt. V. illo n. 4. & 5. hoc verò n. 17. 18. & 19. atque ita in proposito etiam expendunt rectè Auendaño, d. respo. fo 12. num. 1. Felician. d. lib. 1. de censibus, capite 4. numero 2. ad medium, versic. 4. facit, & Roderic. d. lib. 6. versic. Repugnat.

Quibus ego tertio loco non infubilitur addendum puto, quod hac ratione attenda, nec ab ipsa lege posset induci memorata fictio, quippe qui dum contrahentium intentioni repugnat, conuenienter & æquitate aduerfatur, qua fictio semper niti debet, adeoque absque ea nullo modo valere potest, multo que minus illa repugnante, l. denique 19. in iura l. nec vtilem 20. illic. Cum sit iniquissimum auferre domino quod usus non abstulit, ff. ex quibus causis maiores, l. postliminium 19. in princ. illic: Naturali æquitate ff. de captiuis, & postliminio reuers. in iura l. qui in vico 26. ff. de statu hominum, notat Bart. n. 67. communiter receptus ex Imola num. 24. Iafone n. 72. 77. & 158. atque aliis vsque ad Sebalta. Massa n. 41. 48. 51. & 127. in d. l. si is qui pro emptore, Menoch. de praesumpt. lib. 1. q. 8. n. 6. & 14. D. Pichard, in tract. de legitima success. quem inseruit post princ. in ff. de hereditat. qua ab intest. deferuntur, §. 3. n. 15.

Rursus & illud 4. addiderim, quod nec absque necessitate fictio induci valet, cum fit remedium extraordinarium, ad quod in subsidium tantum, & quando actus iuxta veritatem sustineri nequit, recurrendum est, reg. Text. in leg. in causa 16. illic. Nam si communi auxilio, & mero iure munius sit, non debet ei tribui extrarodinarium auxilium, ff. de minoribus, leg. quoties 21. ff. de praescrip. verbis, l. in provincialibus 3. §. 1. & 2. ff. de noui operis nunciat. facit elegans Text. in l. seruis alienis 21. versic. Proprius autem, in iura leg. quia ratio 22. ff. de condit. institut. & in proposito fictionis melior in l. filius, quem pater 23. illic. l. i. versic. patris



